



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri


La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

18. P. 37.



NBW

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. H O F B I B L I O T H E K
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

18. P. 37

Mikroverfilmt
Umsignieren auf

MF 5581

18.P.37

XVII. P. 57

Speculum naturalis cœlestis & propheticae visio-
nis: omniũ calamitatum tribulationũ & an-
xietatum: quæ super omnes status: stir-
pes & nationes christianæ repu-
blice: prefertim quæ cancro
& septimo climati subie-
cte sunt: proximis
tẽporibus ven-
ture sunt.



BIBLIOTHECA PALAT:
VINDOBONENSIS.



Reuerēdissimo in christo patri & dño dño Bern-
hardino : sancte Romane ecclesie tituliq; san-
cte crucis Cardinalis legato & c. optat. lo-
sephus Grunpeckh presbyter lum-
mam felicitatem.

QVOM OMNIPOTENS ETEKNAQVE VINDICTA:
nullo vnquā afflictionū tpe : in hoc miserum mortaliū genus
tantopere seuire cōsuevit. Reuerēdissime in christo pater &
domine:quin seuissimis turbulentiarū tempestatibus:tribula-
tionū & anxietatū gradinibus:aliquā diuine miscēie sue serenitatē semper
admiscuerit. ac cum iam funestissimarū calamitatū turbines: ab om̄ibus
christianæ reipublicæ cardinibus (imperio romano in vltimā ppe despe-
rationis paludem denerso) obstrepere incipiūt:te apostolici solis fulgen-
tissimū radiū : ad discutiēdas illustrādasq; has ipsas periculorū nubes trās-
mittere dignata est. Age lumen diuini ingenij: sapiētiae: solerciae & doctri-
ne tue (quibus dei & naturæ dotibus oibus romanæ ecclie ornamentis
antecellere diceris) imprimis sup imperij difficultatū discrimina:deinde su-
per vniuersa christianæ reipublicæ fulgura & tonitrua effundas.& quic-
quid errorū:malorū ritūū et cōsuetudinū:sceleris & iniquitatis:discordiarū
factionū & p̄choꝝ offenderis caliginis:qđ est causæ eiusmodi malorū
adipsum abigas .tum phama tua apud mortales:& merita apud deū opti-
mum maximū erunt om̄i fidere cœlesti:et maiora & clariora.Sin hoc ipm
negligētia preterieris:om̄ia in summe cōfusionis tenebris:& vltimi interitū
fluctib⁹ deperibunt. Nā ad hāc miserabilē erūnarū cōditionē:nra deuol-
uetur p̄pelleturq; salus:q; nullū clarū religionis: iusticiæ:fidei:iurisiurādi
lumen: in vniuersis tractibus nr̄is apparebit.oēs deuotiōis cerei : cūcte &
diuine & humanæ charitatis faces extinguēt . nec tantū pietatis scintillæ
offendet : q; minimū debita officij lumē inde aut exilire aut accēdi posset.
alter alteri baculos presidij manibus eripient : liberi parētib⁹ cibū oribus
excutient:fratres vestes fratrib⁹ collo detrahent:filix pedes suos matrū pe-
dibus incutiēt: vt capitibus ad terrā fractis sole supstitēs : laborū sudorib⁹
fruant.& quid tum aliud reliquū erit:nisi luctus & vlulatus:ac tandē mi-
serissimus interitus. Quāobrem ecclesie decus & ornamentū: obijcere de-
bes om̄es consilij & studij tui obices: om̄esq; impedimentorū scopulos:ne
eiusmodi afflictiones in mediū erupte:oīa absorbeant.Et si forte nego-
ciorū distractus magnitudine nequieris oīa quæ in ecclia inuerso solent
ingredi ordine:& cōtra om̄es leges diuinas & humanas moliri:vel mentē
vel memoria cōplecti.nec valebis in rebus agēdis futuroꝝ semp discrimi-
nū rationē habere:aut p̄teritorū imagines in memoriā reuocare. cōijce cō-
sideratiōis tue oculos in sequens speculum : & videbis oēm spurcissimāq;
abusionū atq; cōtaminationū saburram:quā nauigiū ecclesie nimis one-
ratū altis mergit afflictionū paludibus. cernes & innumera multo atro-
ciora quā hactenus in hanc suspiriaq; colluuiōē iaculata sunt:calamita-



tum spicula: quæ fatorū ex officinis pēdentia: & corporibus & animabus nostris (si nō vel summe prouidentia armis: vel deuotissimarū ad deum supplicationū machinis restiterimus) minitantē internitiē. Quibus quidē visis & sedulo aīaduēsis: facile poteris aliquorū cataplasmata consiliorū & remediorū adhibere: quibus imperij vlcera: & inde vulnera totius christianæ reipublicæ ex toto sanent. nisi fortasse istud meū speculum offenderis inculti sermonis scabritie: scolasticeq; latinitatis rubigine obscurum: nec scripturarū auctoritate & grauitate satis politū & perspicuū. admoueor precor doctas manus tuas: & pauxillum effunde mellis sue doctrinae fauoris & beniuolentiæ: & reddetur tersissimum & politissimū. hij deniq; principes: quibus hāc meam lucubrationē exhortatiōis loco dedico: tanto libentius capeissent: bonāq; in partem interpretabunt: quanto licentius & emendatius: ac etiam liberaliori ex animo tanti patroni processit. Vale virtutū & omniū ingenuarū disciplinarū translucida gemma: date Ratisbone imperiali vrbe tercio idus Augusti. Anno a natalicij christi diebus octauo supra millesimū atq; quadringentesimū.


Reuereētissimis in christo patribus & dominis dominis. N. Maguntinē. Colonienē. Treuerenē. ecclesiarū Archiepiscopis: sacri Romani imperij electorib; cæteris om̄ibus maiorū ecclesiarū moderatoribus episcopis Abbatibus: Prelatis: & oibus ecclesiasticis cæteribus: optat Iosephus Grunpeckh indignus presbyter incrementum summi boni.

SI VNQVAM FVIT MISERICORDIE APVD VOS locus: in opūq; et exulum querimonijs liberū hospitium. Si clamor & eiulatus orphanorū atq; viduarū cōmiseratiōis stimulis aliqñ pupugerunt corda v̄ra: deniq; reipublicæ discrimina: calamitates: & exicia: ad conscientiaē vestre cōceptacula nōnunquā admissa sunt. ac amor & priuata vtilitas: nō subegerunt sibi in vobis (pace vestra dixerim) om̄ia viscerū claustra. euigilate iam demū. O lumina & ornamenta christianæ reipublicæ: e negligentia somno: animorūq; cōfusionis tenebris: in debiti officij diligentiaē & celeritatis lucē. atq; dūmodo pro dolor tribulationū alluues incipit vltra om̄ia christianæ reipublicæ fata succrescere: vniuersosq; spei n̄re fructus vastare: alij quos diri anxietatū fluctus in pfundū agitant solent lugere: flere: & supplicibus manibus in cœlum tetentis miserabiliter eiulare. Alij quos hee incomodorū procelle p̄tereūt ridere: illorūq; afflictionē turpi cachino insectari. nōnulli cōsueuerūt nec gaudio nec tristitia magnope diffundi: sed incertū rerū exitum trepida quadam mētis cōfusione metiri. Cæteri vero partim moctu: partim spe exagitati: et corpora & fortunas suas: his ipsis periculorū discriminib; pro virili sua obijcere student: at parum aut nihil: potentū nimia ob inuidia:

similitates: & oīa fallacia: inuolucra efficere possunt. tantā interim ppter
animos: cōtrouersia: reipublicæ moderatorū & incuriā & desidiā accidit:
q̄ misere ouicule ab eiusmodi afflictionū horrore fugiētes: atq; etiā per
oēs desperatiōis campos errātes: passim in cruciatuū torrētib⁹ depereūt.
haud debetis curas: vras: habenas lōge more clauis appēdere: sed eas oī
bus velocitatis virib⁹ in pereuntū cōseruationē dirigere: ad ipm̄q; tota inge
nio: vi elaborare: trepida gregū agmīa: solida in deuotiōis ouilia cōpel
lant: atq; inde salubrib⁹ adhibita instructionū pascuis: ad fatietatē reficiā
tur: refecta: istos tēpestuosos pcellas: mox fortiter ferre: & tandē prorsus
etiā superare possint. Nempe si et paululū vltra hore monētū negligētū
vestræ cordas extendentis: calamitatū diluuiū: raptis armentis & in pro
fundū demersis: vniuersa trāscendet honorum: dignitatum: & fortunartū
fastigia: tantūq; ad despectum & contemptū summū rediget nobilitatis:
reuerentiæ: obediētia: religiosq; liberalitatis culmen: q̄ ne scoparius qui
dem aut aleo calciamento: suorū sordes: in summe potestatis splendissi
mis ornamentos: insignibus extergi curaret. q̄ cū res ita se habet. Induite
vos patres conscripti sedule prouidentia: soccis: & omnibus perspicua: fa
cibus accincti: circūferte oculos vestros ad omnes mundi cardines: cer
niteq; vnde illarum calamitatū seucia oriri: quorsum quoq; defluere vi
deat: vt negociorū vestrorū vela: scdm̄ p̄perū vel aduersum euentus flatū:
vel extendere vel relaxare sciatis. At si forte nimiā ob rerum christianarū
errorū & confusionū caliginē: haudquāquā possētis vel cernere vel diju
dicare: quo e fonte hec fluctuaga emanent incomodorū portenta: quor
sum ve tendant: sustinete me obsecro pauxillulum: & vobis humanæ ex
solercia: & cœlestis disciplina: & diuinorum vaticiniorū silice: lumen ex
cutiā: quo cunctas istas tenebras discutere: atq; ea ipsa discriminū mōstra
videre: & inde a ceruicibus vris facillime propulsare poteritis. At vestram
obtestor sincerā humanitatē: si in excutiendo hoc lumine cruperint sub
christianæ reipublicæ aut forte ecclesiæ appellatiōe: vel in ecclesiasticorū
vitæ excessus: vel seculariū deliramēta aliqua: rephensionū scintille: nō ve
lit hominē piū in cōsectaneorū salutē affectum gerentē: maliuolorū ho
minū obtrectatiōibus: inuēseq; interpretatiōis verborū: & sententiarū: mea
rum antiqui aut iudicij aut dānationis ensib⁹ pmittere violari: vel prorsus
obtruncari. Quippe cœli influxū: humanā intelligentiā: & diuinarū pro
phetiarum maiestatem hoc loco appellans: ac si plurimū virtū in ecclesiæ
foelicitatis incrementū & inde eius decrescentiā habeant: hoc ipsum haud
ideo efficere soleo: q̄ istam solidam petram sup quā ecclesia fundata est:
mei velim scabri ingenij: rudis imperiteq; eruditiois cuniculis discindere.
hoc ve temere determinare: q̄ ecclesia debeat cœlestiū siderū influxu: ve
ris aut falsis pphetijs: humano aut cōsilio aut operi subijci. nec in animo
est: vris repugnare grauissimis et sentētis & correptiōib⁹. Sed ad prouide
cautele lucernā gradiēs: ad ipm̄ tenui affirmatiōis bacillo in mediū ingerē
re: rates ecclesiæ: nō solū iactari posse crebris discordiarū & bellorū pro
cellis: quæ e cœli non nunq̄nā penetralibus: erraticorū siderum contrarijs

qualitatibus cōmixtiōibusq; p̄stunt: dūmodo presertim humana corpā
 e cōcordi vitaliū humorū atq; inde cōsonantiū animi affectionū armonia:
 in dissonā cōcupiscibiliū & irascibiliū cupiditatū discrepantiā deicere so-
 lent: verū etiam prauarū cōsuetudinū ventis: diuinarū & humanarū legū
 trāsgressionis grandinibus: aliorū quoq; turpiū scelerū fulguribus inuale-
 scentibus: ad aliquarū calamitatum scopulos ita cōcuti & collidi: vt pro-
 pe per mediū disiecte: profundis mergi fluctibus videant. eam & obrem:
 quantū ad prouidum religiosumq; ecclesiārū: regnōrū & principatū: ac
 etiam omniū rerum publicarum moderamē: iterū stultam incōsideratā
 & improvidam rerum administrationē. Deinceps quantū ad scēlicitatem
 vel aduersitatem: cōelestis inclinationis chatenis: & humane volūtatis fu-
 nibus dependere. Quoniāquidem ad Saturni Iouis & Martis magnos
 infauostq; cōgressus: cernim⁹: florida interire regna: eoq; incomodo to-
 tam functari ecclesiam. ad scēlices vero irradiationes crescere: atq; ad su-
 prema incrementōrū culmina cōsurgere: et ecclesiam inde ingenti sub-
 limari exaltatione. aiaduertimus & mortales rationis & sensuum concor-
 die clipeis: salubribusq; prouidentia & exactōrū cōsiliōrum hastis arma-
 tos: omnes aduersitatū turbines & a corporibus & principatibus suis lon-
 gissime ppellere: sensuū rursū mōstris bestialiq; imperio subiectos: qua-
 libuscūq; honorū & dignitatū fastigijs: quāuisq; ve opum & fortunarū:
 regnōrū & principatū cumulis affluerint: in omnia incaute incidere: & se
 & diuitias suas stulte deperdere. Qua ex cōsideratiōis scintilla: hic clarus
 emicat certitudinis igniculus: quocūq; tpe ecclesie prosperitatem vel eius
 disturbū: cōiecturarū solerti perspicacia: rerum & p̄sentū & p̄teritarū ex-
 cussē cōsideratiōis apice: & cōelestis scientia experientia: p̄cognosci: ac de-
 mum sapientū moderatōrū prouidentia & religione: cōtra aduersa omnia ita
 cōmuniri: vt ne quicquā periculi accedere possit. Quāobrem sine rubore fa-
 teri audeo: nisi naucleri primores ecclesie gubernatores: mox cōsolidauē
 rint nauigiū petri firmis robustisq; cōcordie pacis & fidelis cōfederationis
 cōpagibus: obstruxerint & in eis fundo oēs rimas p̄ quas priuatū comō-
 dū fraudes fallacia & summa p̄dia ad hoim cœtus influere solent: tum
 oēm pestiferarū cōsuetudinū: puerōrū mox: vsure versure & omnis falsita-
 tis saburrā sedulo exhauserint. Postremo necessario mutuōrū & cōsiliōrū
 & subsidiorū comeatu instructum: ita p̄ fluctuagū tribulationū pelagus
 traduxerint: vt necdū animus sit remigio intentus: sed & manus ipse operi
 adhæreant: facilis aduersitatis aura accedere queat: qua in medias destru-
 ctionis syrtes delatū: si oēs mundi vires corporibus suis congestas ferrent:
 haberentq; ferreas manus nulla laborū vi idipsum a naufragio tueri po-
 terint. contractis aut̄ imprimis regiminū instrumētis pensiculent̄ apud se
 metipfos: qua humana arte quisq; enatare salutiferūq; littus apprehēdere
 velit. summus æque ac infimus crudelibus neptunni subdet̄ sceptris: ex-
 cussis igitur omniū impedimentōrū molib⁹: arripite hoc ipsum probatio-
 num mearam quod pollicitus sum lumen. Si illo illuminati & periculōrū
 magnitudine compuncti: rem in manus desumeretis.

Caput primum de mutatione status christiana
 reipublicæ: quæ ex manifestis signis cœli
 depromi potest: & liquido probari.



SX QVO IMBECILLITAS HU-
 mana : nequit ob densam carnaliū:
 cupiditatū caliginem : profundāq;
 aliorum viciōrum voraginē : istam
 abstrusam dei maiestatem : atq; a
 sensibus seclusas nature operatio-
 nes plane apprehēdere . Iccirco ini-
 tium fundamētī probationū mea-
 rum : iaciendū ratus sum : super ma-
 nifesta signa cœli : quæ : significatio-
 nem sui : prope in propatulum &
 omniū intellectui exponere viden-
 tur . legimus inquam maiorū no-
 strorū temporibus : multa in cœlo

prodigia: & in terra portentosa monstra crebro apparuisse: eiuscemodiq; portentorum apparitiones nunquam sine ingenti rerum mortalium mutatione preterisse. ceu cum apud Persas sanguine plueret: appareret & in nubibus ingens hiatus: in cuius medio solis splendor bulire nubeculasq; omnes passim absorbere videbatur: apud medos stella viri armati ac equo insidentis speciem comonstrans. item sup iherosolymam tpe machabeorum: & super romam paulo ante christi aduentum crassarentur multa alia portenta: exercitus armatorum: clangores tubarum: crepitus armorum: fulgetra: stelle crinitae: halones: prodigioseq; pluuiarum lactis & sanguinis: non multo post: hec floridissima imperia funestis calamitatibus interierunt. At vtrum eadem tempora quibus hec ostenta obtigerunt: huic nostro seculo: huiusmodi portentorum vel ostentorum frequentia & admiratione: atq; inde humanarum rerum turbulentia comparari possint: haud facile dixerim. istud inficiari potest nemo: vix vlla hominum etate: tam crebra & stupenda prodigia mortalitatem occupasse: quam his nostris diebus magno cum terrore: contremiscentia: & animorum deiectione cernere solemus. Quid autem deus & natura sibi his miraculosis signis velint: nullo ingenij flumine: nulla intelligendi copia: eloquendi interpretandiq; vix satis complecti posse existimo. hoc ex meipso quantum mihi ab aeterna sapientia datum est: res vel diuinas vel humanas consideratione: intelligentia & interpretatione prosequi fateri audeo. eadem prodigiosa signa quae iam in tempora nostra incidunt: praesertim quae formam & figuram crucis exhibent: & ex minutis guttulis sereno & turbido tempore: de caelo in mulierum pepla: ricas & plagulas: virorum subuculas: et alia linea indumenta arcellis vel vestiarijs clausa. insperato cadentibus formantur: monstrosa significatione haudquaquam carere. Namq; si e naturae officina: cuius maiestate post deum nihil est sublimius: subtilius & potentius procedunt: quod est: eorum materies ex sicca & calida exhalatione constat: terrestriq; liquoris hoc modo cadentis in praefatas figuras effusio: naturaliter contingit: nihil est illis effectibus quos portendunt rarius & admirabilius futurum. Sin naturae artificium (quod potius crediderim) effugiunt: exq; diuinae voluntatis fabrica effluunt: eadem ratione qua malorum praesagia dici: prosperi successus magneq; felicitatis praenuncia probari possunt misericordissimus siquidem mundi fabricator: semper fungitur erga miseros mortales clementis patris et iusti parentis munere: qui liberos suos communi fragilitati atq; ad malum inclinationi obnoxios: studet patris admonitionibus: ab indecoris moribus omnique illicito facinore cohibere. & cum eos eiusmodi salubribus exhortationibus aures minus attente: sed cum tedio acomodare ad flagitiaq; pronos pergere aduertit: pudore & indignatione arreptos flagris cedit. Et vbi nec ista castigatione aliquem fructum in eis producere potest: omnia clementiae & reciliationis signa expromit: vt eos hac summa lenitate a pertinacia & vitae turpitudine retrahat. At siue rigiditatis siue benignitatis studijs egerit: nihil penitus se proficere considerat: desperatis rebus seuire incipit: perdit osq; ingenti

atrocitate : expulsiōe a paternis laribus & mollibus delicijs : ac etiā relegatiōe in exilium miseras et erūnas persequitur. post tamē amaritudinis periculum ad recte actionis & virtutum callem reuersos : lachrymis pre nimio gaudio rursus in gratiā excipit : longeq; vberiorib; libertatis : paterne charitatis : honoris & hereditatis fructibus exaggerat . ita idem optimus maximus parēs deus : monuit nos sedis criminibus cōmaculatos : iam pridem lenibus aduersitatibus : sed vbi eas ipsas paternas admonitiones cōtemptu quodam abiecimus : animasq; nostras indies magis atq; magis in foetiores peccatorū sordes demersimus : adhibuit aliqualem rigiditatem : inflixit em̄ prauitati nostre pestilentia; : famem : locustarum : ichneumonū : & aliarum quarundam pestiferarū volucrum molestias . Verū enim uerō postquā & istas calamitates tanquā res leues post tergum recussimus : excitauit in pertinaciā nostram grauissimas bellorū conflagrationes : horribilissimas quoq; super agroꝝ vbertatem diluioꝝum inundationes . admouit deniq; lateribus nostris : teterrimos christiani nominis hostes : qui temeritatē nostrā intra terrarū nostrarū limites ferro : flāma : cede : & quacūq; deinde vi possunt : cōtineant : interim tamē vxores liberosq; nostros ad nutū suum vexent : fortunas diripiant : tēpla spolient et concrement ac optimum quencq; vel diram in seruitutem abigant : vel atrociter per mediū sectum necent . cū nec istius nec alterius poene ratio habetur : omniā etenim pericula qualiacūq; & quantecūq; sunt despiciuntur et subsannantur : ac etiam ad istam cordium duriciem & cecitatem delapsi sumus : q; abiectis legibus diuinis & humanis : nihil inter prosperitatē & aduersitatē : gaudiū & tristitiam : lucem & tenebras : æternitatem & lubricitatem temporū : honestatē & turpitudinem : probitatem & viciū interesse putamus . Virtutes nullo mercedis nūmo : flagitia amplissimis premijs afficiunt : quamobrē & omēs mortales nō aliter ad scelera : quā equi ex carceribus cum celeritate ad metā agi solent : properant . ita spurce turpiterq; hoc æuo viuūt : q; nullo vnquā tempore humanitas vitam turpius exegisse videt̄ . Nullus est inquā status : nulla etas : nullus sexus : qui non sit luxui : ebrietati : superbix : auaritiæ : & omni turpi questui deditus . Sedet vana cecitas proh dolor proh crimen : non est contenta gloriam dei per virtutum oppressionē in terris extinguere : sed conat̄ ipsā altissimā sapientiam : detestabiliū delictorū machinis : maledictionibus & blasphemijs cœlo exterminare : ad stigiaq; paludes demergere cunctipotens miscdia : quæ nullo numero nulloq; ponderis vel mēsure termino cōplecti potest : nolens mortē peccatorū sed magis vt cōuertant̄ & viuant : effundit in mediā rerū nostrarū desperationē ista veneranda signa crucis : quæ super iustos & iniustos : dignos & indignos potissimū super linea hominū indnmenta : quæ vicinitate pollutorū corpoꝝ sordem cōtraxerunt : decidunt . vt inde promptā voluntatem & grauiam : quā se cunctis peccatoribus quacūq; hora cōuersi fuerint ad penitentiam : & per propheticos et euangelicos testes spopōdit cōmunicaturam : eliciamus . Monet si omniū meritorū : quibus nos a primis cunabulis vsq;

in presentem horam affecit: utiq; obliuisci: saltem eius acerbissimam passionem ad memoriam reuocare uelimus. quandoquidem hoc uenerabilissimum christi martyrium tante est efficacie: ut quicumq; omnia & singula in eo dolorum momenta: sedula mentis attentione uoluerit & reuoluerit: hic profecto nisi prorsus lapideus aut ferreus fuerit: cor suum a compassiois impetu: oculos a lachrymarum profluuio: conscientiam a poenitentiae uis: animam ab amoris facibus continere non potest. soluitur crebra commemoratione passionis domini nostri iesu christi omnis cordium duricia: & cecitatis tenebrae ea passim discutiuntur. Inuitat nos iccirco propitius redemptor noster per ista prodigia crucis: ad salubrem eius commemorationem: per quam ex omnium tribulationum & afflictionum procellis liberari: atq; postremo etiam facillime saluari poterimus. Quapropter aeternae etiam (ut dictum est) prosperitatis & beatitudinis indicia dici possunt. Sed ue ue pertinaciae: ue infidelitati & perfidiae: ue turpitudini scelerum: quibus reuerentiae ornamentis: quibus deuotionis lucernis: quo virtutum & bonorum operum ordine: excipimus istos uenerabiles altissime prouidentiae nuncios: potius eos summa indignatione & foeditate: ludibrijs et blasphemijs abigimus. Vnde & nobis nihil boni: sed omnia denuntiabunt mala: & horribiliores sane calamitates: quam hactenus per uniuersam mortalitatem laboratum est. Vereor per immortalem deum vereor: ne hoc sit tempus turbulentiarum: miseriarum & calamitatum: in quo omnium sanctorum patrum uaticinia conuenire solent: scilicet quo uniuersalis ecclesia multifariam coquassari debeat. timeo ne populo christiano: & imprimis nobis ecclesiae consecratis: hoc idem quod iudeis solebat: obuenturum sit: qui cum multa hierosolymis & oculis & auribus capefferent stupeda portenta: cernerent in aethere equites discurrentes auratas stolas habentes & hastas: cursus equorum per ordines digestos: telorum iactus & alia. audiret & in sacro sancto templo horribiles sonitus & commotiones. at cum omnia vilipendio preterirent: ultimo erumperet ex aditu templi hec repentina vox transmigremus ex his sedibus: paulo post cedere octoginta milium virorum & foeminarum: tot uinculis detentorum & uenditorum: sceptrum etiam eorum deficiebat. sicut portentum istud uocis transmigremus ex his sedibus: significarit discessum dei per gratiam agente iudaica: & inde desolatio regni hierosolomitani insequeretur: ita apparitio istorum prodigiorum crucis: cum ea contemptu & ludibrijs prosequi uidemur: abscessum crucifixi a populo christiano portenturum sit. Nam ut in hierosolima que erat caput iudaicarum gentium occurrebant eiusmodi monstrorum terculamenta: ita iam aeterna uindicta permittit ea in germania: quae propter imperij culmen caput censetur esse christianae reipublicae: apparere. ac etiam quemadmodum sacerdotes sentiebant haec signa priores & in sancta sanctorum: prius denique sinagoga quam regnum exterminabat: ita nos primi uidimus sepe dicta ostenta crucis in aris: sacerdotalibus ornamentis: sed pro dolor nos flammis sancta crucifixi monstra & aeternae uisionis antea ambulones: priores secularibus risu & subfannatione tanquam puerilia deliramenta abigimus: sicut & pene priores sumus (pace honestorum sacerdotum dixerim) in ocio: luxu: auaricia: tabernis

emporij: p̄torij: popinis: venationibus: aucupijs: ludis: choreis: gestictula
 tionibus: saltationibus: dimicationibus: & in om̄i sc̄da rerū administratio
 ne: viliusq; magistratib⁹. Haud longe igit: si nō ilico fuerimus cōuerſi a
 via nostra mala: abesse potest: quin eam in calamitatū paludem delapsu
 ri simus: qua iudeorū ceca temeritas interiit. Et sane si hanc miserabilē rerū
 christianarū cōditionē: harū flebiliū calamitatū miserā: aduersorū temporū
 erūnas: sedule cōsiderationis hamis prendideritis: illud ipsum lumen iam
 adepti estis: quo cunctas difficultatū calignes discutere: atq; inde p̄dicta
 afflictionū mala om̄ia dilucide & cōspicere et euitare valebitis. ad iūcto
 erit ista salubris exhortatio: illius sancti vatis & preconis iesu christi: qui iā
 per om̄ia ecclesie limina: instar iōne prophete discurrens: christicolas ad
 p̄nitentiam in hunc modum flebiter exhortatur.


¶ Caput sc̄m de cōfirmatione predictōrū per vandi
 cos sermones: cuiusdam sancti vatis & preconis
 iesu christi: qui iam per om̄ia ecclesie limina:
 instar iōne prophete discurrens christi
 colas cōhortat ad p̄nitentiam.





GXPERGISCIMINI O VIRI CHRISTIANI: E GRA-
ui scelerū somno : atraq; mortis caligine : auriūq; & omniū
sensuū vestroꝝ cordas rescindentes verbā mea intentissime
percipite. Quia legem dñi dei nostri in latrinā: & omnes eius
diuinos sermones in obliuionis & cōtemptus cloacas abie-
cistis : cœpistis virtutum in exercitiōe profus delirare: in
malicia sapere & prudentissimi esse : omnem equitatem &
iusticiā inbuerere : pupillorū & viduarū sudore inebriari: patrimonium
christi scortorū delitijs dissipare : ac etiam efferatā libidinē vestrā stupris:
adulterijs incoestu: & omni illicito concubitu: inexplēbile vero habēdi vor-
acitatem furtis & sacrilegijs explere. deniq; dei templum per scelus & sum-
mam iniquitatem vestram constitutū, est lupanar & domus furum atq;
latronum: in quo non celebres hymni : sed blasphemix cœlestis principis
resonant. propterea extant adhuc pauci dies: & vniuersa ciuitas katholi-
ca corruet vsq; ad fundamentū. Induite igitur vos saccis pœnitētiæ & cō-
tritionis: & a maiore vsq; ad minorem occurrite domino lachrymis : tum
miserebitur vestri sicut niniutarū misertus est . Sin autē pœnitentiā reier-
ceritis: illucescent euestigio dies luctuum : quibus a conspectu malorum
quæ in vos crassabuntur: fugere volentes: flumina in litoribus acclama-
bitis: vt vitam vestram propicio fluxu excipiant: abrupta montium inuo-
cabitis : vt lacera corpora vestra in ipsa precipitatione molliter dilanient.
Arbores in siluis lachrymabilibus oculis implorabitis: vt ceruices vestras
ad ramos suspendendas indulgenter ferant. tantus erit christianorū plan-
ctus & vlulatus: q; alter ad alterum dicent: nōne mellus fuisset genitricis
nostre nos in aluis suffocassent. per hunc modum exclamat vir dei in sce-
lerum nostrorum spurcitiā. nisi quispiam osorum veritatis: reprobauerit
hunc vadicum diuini hominis sermonem: gannieritq; prophetas (ceus
a pluribus imperitis hoc verbum vsurpari solet) lampridem esse mortuo-
s. neminem futura prestire posse . Astronomos omnia mentiri. hic haud-
quaquā sistet liuoris sui veneno : fluuium diuine gratie : vt nullum am-
plius reddat probis hominibus liquorē futura p̄sciendi . nec sacra astro-
nomix mysteria eradicabit . quinimo prophete hodie viuunt : quecunq;
certe de iudeorum afflictione: regni eorum & cōmutatione & inuersione
vancinati sunt: ad nostram militantem ecclesiam referri possunt. Viret in-
super & floret humana solercia: quæ exiguo diuini luminis radio illustra-
ta: ex rerum mortalium conditionibus: pleraq; futura elicere potest. Vnde
de vereor q; hec propheta : nō obstante quorūcunq; nebulonum cachi-
no: sit nimium vera: & eiusce fundamento fulcita : vt ne facile quidem re-
probari possit: vestra sane fretus iuste interpretationis benignitate: hoc fa-
miliare scribēdi genus aggressus sum: quod vestro tam graui quā sancto
iudicio: quocūq; siue ad affirmationis siue negationis temeritatē peruen-
tum fuerit: subiectum esse volo: & toto calami vigore subigo.

Caput tertium quo autore rumor iste exortus
 fir: scilicet nauicula petri: debeat istis annis ad
 multos periculorum copulos concuti:
 & prope naufragari: ecclesiasticq;
 multifariam conturbari.



NIC RVMOR SCILICET NAVICVLA PETRI DE-
 beat ijs temporibus ad multas periculorum syrtes concu-
 it: ecclesiasticq; multifaria conturbari: non est hodie: nec
 nudius tertius exortus: sed pluribus iam annis ora morta-
 lium occupat. deniq; nec ista hora: quicquã crebrius cum
 publicis: tum priuatis hominũ cõuentib⁹: & a pueris & fœ-
 mellis: doctis & sapientibus frequentari contingit: quã hoc
 verbum: hoc tempus id ipsum esse: quo persecutio cleri passim debeat per
 om̃es ecclesias crassari: & plures etiam ecclesiã a fundamento deiici. Sed
 opere precium est: autorem istius vaticiniij indagare. Verum id ipsum est:
 homies probi simplices tenuiq; intelligentia prediti: multa possunt futu-
 ra diuina reuelatione percipere: quæ hincinde disseminare solent: vt vel ma-

los a sceleribus deterreant: vel probos in bonorum operum amplexibus
conseruent. Et homines iniqui & peruersi: diabolorum suggestionibus: ple-
raq; odij discordiæ & procliorū semina: sub prophetiarū forma in vulgū
effundunt: vt inde sacrilegij: furtoꝝ & cedium segetes excrecentes: vniuer-
sum religionis ordinem confundant. At licet mali spiritus nunquā cessent
prauis iusticiæ oppressoribus: proborum hominū vexationes suggereres:
semina meritis totius humani generis passim per orbis terre regiones sa-
cere. nec est vllum tempus quo diuine misericordie fons: non tam largos
futurarum rerum presciētæ riuulos ex se effundat: quin multorum pro-
borum hominū deuotio: eisdem cōtinuo irrigetur: indeq; vel bonum vel
malum predicere possint. Attamē: quia clarum et perspicuum est: ac etiā
cunctis mortalibus cognitū & perspectum: q; vix vnquā aliquid prauus
et corruptus: humana in natura visum vel auditum est: hoc ipso viuendi
modo: quē christiani presertim nos qui deo dedicati sumus hodierno die
exigimus. posthabitis vel iustorum diuinis reuelationibus: vel malorum
figmentis: is qui rerum humanarum deliramenta parumper callet: & cœ-
lestis disciplinæ (vt crebrius quidē recensui) sanctorumq; prophetarum
misteria aliquantulum gustauit: ex his tribus vaticinandi modis. cōiectu-
ris rerum christianarū: astroꝝ scientia: & prophetarum certissimis æter-
ne veritatis testimonijs: potest euentum ingruentiū periculorū: ita clare &
argute: itaq; pbabilibus & solidis argumētis corroborare: q; eiusmodi
argumentationū confirmationes: nullis pertinaciū hominum impugna-
tionibus: facile infringi poterint. hinc effluxit ille rumor de cleri ecclesiæq;
conturbatione. cuius quidem auctor est vir iustus recti cordis: sincere cō-
scientiæ: & flagrantissimi in deum amoris: qui tali ex corruptela: alijsq; pre-
sciendi modis: expiscatus est ista futura mala: que vbiuis locorum modo
predicto per ora hominum volitant. ea certe cum vel amoris vel terroris
causa: in propatulū enunciauit: coepit mox phama (ceu omni volucris ve-
locius efferi solet) de hac re longe lateq; diffundi. huius profecto sancti
viri auctoritati & diuinandi generibus innixis: calamitatum seriem: quæ
christianam super rempublicam his temporibus peculiariter vêtire sunt:
ita sensibus vestris subiiciā: ac si illo temporis momento: seuitiæ sue gran-
dines in terram iacularentur. At dumodo nostras recenseo afflictiones:
haud debent se seculares nimio diffundere gaudio: nam e singulis ma-
lis: potiora exilient in eos fragmenta. Et si primi biberimus tribulationū
calices: ipsi quicquid in fundo residet vlt fecis vel venenis: id totum epota-
bunt. quod imprimis cōiecturali ex consideratione confirmari potest.

b

Caput quartum de christiana reipublicæ
 conturbatione: quæ ex coniecturis: pra-
 uis & corruptis christianorum mo-
 ribus confirmari potest.



ISCLERATISSIMVS OMNIVM DAMNATO-
 rum creatoris nutu : ab inferis rediret lucemq; vitæ repete-
 ret. vti certo tempore infernalium pœnarum expers: in mû-
 do inter sodales & necessarios voluptate frueretur. dum
 pristini status socios & officij collegas : tam repentina mu-
 tatione alienos factos obstupefceret: alteriusq; conditionis
 iugum subiturus contemplari inciperet quò genere vitæ quisq; mortaliũ
 statuũ suum curriculum exigeret. inter pensiculandũ cum dignitatis tum
 humilitatis ordines: diuitiarum & paupertatis scalas: laborum & ociorũ
 gradus : mox eam in rerũ confusionem atq; incertitudinẽ demergeret:
 qua verum a falso: bonũ a malo : magnum a paruo : rectum ab aliquo:
 iocum a serio: presens a p̄terito: haud facile dijudicare posset. quoniã qui-
 dem. singula fratrum in fratres: generum in soceros: parentum in liberos:

verba facta & gestus: sunt eiusmodi simulationum fallaciarumq; in uolucris aglomerati: q; principium medium vel finem: debiti cuiuspiam officij inde expromere potest nemo. Quis obsecro in vniuerso genere christiano: tam sublimem dignitatem seu foelicitatem comperiet: quæ sit fidei & integritatis lumine ita clara & perspicua vt esse deberet. rursus vbi tam sordida & vilis inuenietur cõditio: quæ sit innocentiae fidelitatis & obediẽtiæ claritate ita translucida: vt non aliqua temeritatis insolentiæ & perfidiæ caligine obtenebrata: omnẽ laudem & decorem amittat. verũtamen. quis tantis diuitiarum copijs affluit: qui cum vnũ nummũ sibi iniuste accedere sperauerit manus suas cõtineat à sanguinolento aere. Quis iterum tam inops miser & erũnosus: qui fidem & iusiurandum in gremio suo sine menda conseruat: dum proximum suũ minutissimo in aeris pondere fallere potest. Sed vbi prohdolor prohcrimen: tãtũ cõtinentes sanctiq; cuiuscunq; religionis atq; professionis offenduntur flãmnes: qui æquitatem cum perfidia trutinantes: non plus semper ponderis de nequitia: quã probitate: in sudorem suum reponere consueuerint. sitiunt iam nummos infantes pariter et senes: mēdici & diuites: spirituales & seculares: quocũq; etiam genere turpis quẽstus cõparati fuerint: aurumq; solum pro christo colunt. Auro fures & sacrilegi: adulteri parricide & omes patrie proditores: iusticiæ omnia claustra effringunt. scurre parasiti: stolidi & stulti: aleones & phagones: sublimia conscendunt honorum & dignitatum fastigia. & exilibus auri machinis: magnificorũ heroum diruunt forissimã cordium propugnacula. quinimo aurum non gesserit manibus summa in terris sapientia: om̃ibus expellitur exhibitur & exploditur locis. Sedet probitas ip̃a: om̃ibus comitata & virtutibus & m̃sis: locupletũ ædes adierit: risu & cachino stercoreum perfusa sordibus mox abigitur. haud cõmemoro: quã luxuriæ ingluuiēs: in omnes etatum gradus: & prope in infantia inualuerit. non mirum si cuncta a summo ad ima ruerent. cum igitur tanta corruptela detinere cõcepit vniuersam christianam rempublicam: is qui a manũ sedibus cruciatuũq; palude: ad deligendum sibi in mundo voluptatis & locum et statum emissus est: draconum potius antrã serpentum viperarum & scorpionum speluncas: quã aliquem christicolarum coetum sibi deputaret. Nunquid igitur tanta scelerum spurcitiã perpetuo est duratura. creator ve in æternũ est passurus fetorem delictorũ nostrorum in diuinum conspectũ suũ conscendere. an non se scelera sunt mutuo ad duos destructionis scopulos contractura. nisi profecto mens nostra fuerit tanta obtusitatis nebula obscura: vt nullũ intelligentiæ vel considerationis lumen capere queat: longe abesse non potest: quin omnia peccatarum tormenta: quæ superioribus seculis gradatim in iudeorum & gentilium flagitia truculentissimẽ decussa sunt: iam simul multo etiam & rariora & atrociora sint in nos seuitura.

Caput quintum de secunda confirmatione
 fluctuationis christianæ reipublicæ. ex so-
 lis & lune obtenebrationib⁹: magnisq;
 erraticor⁹: siderū cōgressibus.



SI SI HEC TANQVAM LEVIORA ET PARVM
 probata epulones riserint. conijciant sensus suos in naturæ
 artificij conceptacula: cernantq; vtrū non inde in promptā
 expromi queant cause pcellarum eiuscemodi tempestatū
 quibus christiana reipublica conturbari debet. Siquidē:
 mediocriter vel doctus vel sapiens: id ipsum nunquā inficia-
 tur cœlestem ordinem instrumentū creatoris existere: quo
 vniuersam mortalitatem: quicquid quatuor elementorū circumflexu cō-
 tinetur & gubernet & dirigat. sidera autē presertim erratica: dispensatores
 esse & effectores cunctarum rerum generabiliū & corruptibiliū: quantū
 ad specierum & indiuiduorū minutissima etiam accidentia. & vniuersas
 formas & figuras terrenas: a cœlestibus formari imaginibus. & hoc est:

quod Ptolomeus scđo quadripartiti capite primo attingit: & in suo centio
 loquio pluribus locis asserit: famem: pestilentiam: proelia: terremotus: di-
 luuia: æstus: fulgura: siccitates: ventorū flatus: regnorū mutationes: prin-
 cipatum decreſcentiā: legum & ſectarum innouationes ex ſolis & lune
 obſcuracionibus propter virtutum amborum luminarium cōmixtionem
 preſciri poſſe. & ex ſuperiorū ſiderum congreſſibus: propter motū eo-
 rum (vt inquit. Hali) tarditatem horrendas emanare rerum mortalium
 mutationes: cum autem paucis elapſis temporibus non nulle eiuscemo-
 di ſolis & lune eclipses: plures quoq; Saturni Iouis & Martis conuentus
 obigerūt. Anno enim uero tercio ſupra quingentimū: Iupiter & Mars
 primo coierunt in quindecimo gradu cancri: octauo die Octobris hora
 tercia poſt meridiē: minuto trigefimo ſcđo. deinde Saturnus & Mars cō-
 uenerunt in vigefimo gradu cancri die vigefimo quarto euſdem menſis:
 hora vigefima: minuto trigefimo quarto poſt meridiem. Tercio ſaturnus
 & mars fuerunt coniuncti vndecimo die Decembris: hora tercia: minu-
 to quarto poſt meridiem in decimo octauo gradu cancri. Quarto cōgreſſi
 ſunt Iuppiter & Mars. Anno quarto: die quarto Ianuarij: hora quartade-
 cima poſt meridiem in nono gradu cancri. Quinto Iuppiter & Mars cō-
 cucurrerunt vigefimo primo die februarj: hora decima poſt meridiem:
 in quinto gradu cancri. Sexto ſaturnus & Mars amplexati ſunt ſe mutuo:
 tredecimo gradu cancri: decimo octauo die Marcij: hora decima: minu-
 to quadrageſimo octauo poſt meridiem. Septimo ſaturnus & Iuppiter
 ſalutauerunt ſe inuicem: decimo die Iunij in meridiē: in vigefimo gradu
 cancri. preterea anno preſenti. octauo videlicet: menſe auguſtali: Iuppiter
 & Mars a nouo ſe cōmiſcebunt. Opere precij igitur eſt. niſi tota naturæ
 maieſtas: & om̄is ſcientiarū excellētia: ac etiam quicquid in orbe terrarū
 a mortalibus vel ſenſu vel intellectu agitur: ſit vanum quiddā & ſuper-
 ſtitioſum: ſuper ſextum & ſepimum climata: totum chriſtianæ reipublicæ
 corpus: quod libre & cancro principaliter ſubiacer: ſint aliquæ horrendæ
 mutationes venturæ. Et licet aliqui effectus tam eclipsiū luminariū: quā
 iſtorum congreſſuū planetarū preterierint: ſeu ita equidē martialium ar-
 morum ab aliquibus iſtarū cōiunctionū excuſſa: per om̄es norici tractus:
 & a morinis & battauis vſq; ad pannonios: & a pannonijs vſq; ad italos:
 ita horribiliter proximis temporibus debachata eſt: vt vix tuguriū illis in
 tractibus relictum ſit: quod non ſenſerit eius procellam. alijs in regionib;
 peſtilentia: interitu quoq; principū: inter eoſdem & om̄i ſimulationū: ſi-
 multatum fraudum & fallaciarum artificio: inter populares cōtentioni-
 bus: & flāmis & cēdibus ſeuiffime laboratū eſt. tamen ppter vniuſcuiusq;
 cōiunctionis peculiarē qualitātē & naturam: innumere calamitatū tem-
 peſtates: fatorū in officinis adhuc cōtinentur: quas propediē in dictorum
 tractuum mundi incolas: viros & ſcēminas iaculatura ſunt. hee exiſtunt:
 imprimis propter Martis & Iouis primū congreſſum: in quo ſe Iuppiter
 in termino mercurij exaltauit: mercurius autē aſpexit eos: cōuentū ex ſepti-
 mo bellorum domicilio quarto radio: Iuppiter etiam a Saturno & Mar-

te oppressus fuit in sua exaltatione. Insuper omnes tres eleuauerunt se in
 decima domo sup Mercuriū: dissensiones: discordie: inimicitie: bella frau-
 des: fallacias: inter euope ecclesiasticos & seculares principes. Spiritualiū
 tamē principū pecularia damna tam in dignitatibus quā fortunis: partim
 proprio & domestico liuoris veneno ppagata: partim externa vi inflictā,
 propter scdm Saturni & Martis in domo necis conuentū: vbi & Iuppiter
 a recto cursus tramite retrocedens: a Saturno & Marte oppressus fuit: le-
 gum peritorū iudicū: consulum: pretorū: rectorū ecclesiarū: & principa-
 tuum & regnorū summa difficultatū: intoxicationū & oppressionū diucri-
 mina. quā de causa extorris iusticia errabit per omnia solitudinū inuia loca.
 Ex tercio Saturni & Martis scdo in diuitiarū domicilio coitu: vbi mer-
 curius ex domo mortis ipsorū cōgressui infestus: sibi dominiū horoscopi
 vindicauit: omnesq; retrogradi lunam in quinta ex quarto aspestu op-
 presserunt. ciuitatū moderatorū: & eorum qui fisci & ararij publici curā
 gerunt captiuitates tormenta: exilia: mercatorū oppressiones: & fortuna-
 rum direptiones: florentiū rerū publicarū per priuatū comodū internecies.
 A quarta Iouis & Martis coniunctione nono in domicilio religionis
 celebrata: in quo se & r̄m saturnus cōtinuit. Mars autē in septétrione fuit
 eleuatus super Iouem & saturnū. Item a quinta Iouis et Martis eadem in
 domo colluctatione: vbi Mars etiā superior fuit: ecclesiasticosq; multifarie
 & in corporibus & fortunis afflictiones. religionis per vniuersos ecclesia-
 rū fines aliorū: obedientiæ habenarū nimia relaxatio: & per hoc sancti sa-
 cerdotij cōtemptus: fidei & iurisiurandi violentia: omnis ecclesiasticæ libe-
 ralitatis defectio. prediorū & sacrarū ædiū conflagratio. sanctorū ablatio
 vasorū. & in templis ipsius sacri cruoris per aras & pauimenta asperio. noue
 secte et hereses. innumera alia mala. Vnde se se christi consecraret om-
 nib; cautele et custodie presidij circūuallare debebunt: ne taliū aduersi-
 tatum vi perculsi: tandem prorsus extabescant. propter inquā sextū saturni
 et martis concursus: qui in domicilio necis accidit: marte tum supra Iouē
 et Saturnū sublimato: domino horoscopi existēte: cauda deniq; draconis
 mediū cœli obtinēte. rursus propter septimam Saturni et Iouis medio in
 cœlo salutationem: vbi se Iuppiter supra Saturnū euexit: item propter Iou-
 is et martis cōmixtionem que presenti anno in scorpione obuenerit: eiusce-
 modi obstrepent ab omnibus mundi cardinibus horribiles calamitatum
 grandines: et in omnes prope septimi climatis tractus: quæ nullo chartarū
 numero: nec aliqua linguarū aut promptitudinc aut elocutione facile cō-
 plecti valelūt. vibrabūt hastas et lanceas pariter flāmines et digladiatores.
 pontifices et principes seculares. eadem quoq; seuitiæ flamma: cōcremabū-
 tur templa et senacula. vix se se christus in ara: sacerdotis manibus: ab ho-
 stium insultibus tueri poterit: t̄ra furiet insania christicolarū: cecitas in pro-
 prij redemptoris et saluatoris membra. Proh deū atq; hominum fidem
 quorsum euanescet salus christianæ reipublicæ: hinc profecto torrentes
 damnorum excurrent effringentq; & conterent omnes ecclesie cōtinentes.
 dūmodo equidem viscera aliquorū torquent dolorū torminibus: crucia-

tus et in cætera membra exteriora excutiant necesse est. igitur dum mediâ loca christianæ reipublicæ eiusmodi sunt germania: italia: gallia: quæ gerunt se in corpore ecclesiæ: principalia membra: italia propter christi vicarium caput. germania propter imperatorē: in quo totus vitalis imperij & totius christianæ reipublicæ vigor cōsistere debet cor. gallia propter vicinitatem e qua ambobus locis sufficientes subsidiorum humores oriri possunt epar. fluctuant aliquibus bellorum procellis: opere precium est: vt & exteriores tractus Hispania: Britania: Sarmacia: similib⁹ cōquassent & concutiantur motibus. qua ratione facile cōtingit totam periclitari ecclesiam. et sane: si sensuum sceptris (vt hæctenus fecimus) obsecuti fuerimus: & non subiecerimus nos totis viribus rationis impetio: nauicula petri ad innumeras (vt dictum est) tribulationum & anxietatum syrtes cōfringetur. quod solidioribus etiã potest cōfirmari testimonijs.

¶ Caput sextum de tertia predicto-
rum approbatione ex certissi-
mis prophetarum & æter-
ne veritatis testimonijs.





I VERO IRRISORES NEC ISTVD POSSVNT
naturale certitudinis lumē apprehēdere: dirigant fidei sue
radios in sanctos: pphetarū testimonia:que haūdquaquā
ex aliquo nature fonte: humani ingenij: ambiguitatū: aut
errorum aut figmentorū stagnos: sed æterne sapientiæ pel-
go effluerunt. ex eorū certe mysterijs & abstruse maiesta-
tis claritate: has ipsas turbulentias clarissime deprehēdent.

liquidem cum vnica solet existere dei ecclesia: sicut vna vera fides: quæ in
primo Abel iusto incēpit: perdurabitq; in æui vsq; finem. & eiusce ecclesia
appellat a diuo Gregorio vniuersalis dei vinea. quē admodū & æterna sa-
pientia nominat domū israel per Esaia prophetam electam vineam: vi-
ros vero Iuda: id est omēs ad dei cultum electos delectabile germen. item
Dauid sanctorū vatum princeps: vberrimo prosequitur hanc vineam ser-
mone: cum hanc in sententiā prorumpit. vineam de ægypto transtulisti:
eiecisti gentes: & plantasti eā. dux itineris fuisti in conspectu eius: & plan-
tasti radices eius & impleuit terram. Operuit montes vmbra eius: & ar-
busta eius: cedros dei. extēdit palmites suos vsq; ad mare: & vsq; ad flumē
propagines eius. Vt quid destruxisti maceriā eius: et vindemiant eam oēs
qui preter gradiunt viam. exterminauit eam aper de filua: & singularis fer-
rus depastus est eam. deus virtutum cōuertere: respice de cœlo: & vide: &
visita vineam istam. Et perfice eā quomodo plantauit dextera tua: & sup-
filium hominis quē confirmasti tibi. Iccirco recte sunt eiuscemodi pro-
phetiæ ab æternā veritate: ad suffulciendas salutiferas vites: rursus extir-
pandas in vinea domini labruscas & omēs malos fructus emisse & insti-
tute. Et sic non solum ad tempora regum Iude: sed et ad hos nostros dies
quibus Maximilianus imperio presidet: & ad oīa futura secula: quouens
eadē vinea sterilefcere cœperit transferris: iam autē potissimū cum assiduis
victorum incrementis fertilitatē pene totam amisit: comodissime ad cōfir-
mationem predictorū applicari possunt. cum inquā luxuria: insolentia:
auaricia: & alia insolita & spurcissima scelera: totam vineam domini: pau-
cis bonorum operum vitibus ex tantibus superaerūt: nihil certius diui-
nis ex vaticinijs expectari debet: quā ipsius æterni vinitoris dei indigna-
tio: grauisq; in delictorū turpitudine per famem: bella & pestilentia (qui-
bus flagellis malorum in fructuū hoc est operum incisione: loco vineati-
carū falciū veteri in lege semp vsus est) ac etiā p alias grauissimas calami-
tates aī aduersio. clamitate æterno furore Ezechielis quinto. Ecce hierusa-
lem: quia cōtempnisti iudicia mea vt plus esses impia quā gētes: faciā ego
in medio tui iudicia in oculis gentium. tertia pars tui peste moriet: & fa-
me consumet in medio tui. & tertia pars tui in gladio cadet: & complebo
furore meū: & requiescere faciā indignationē meam & cōsolabor. & iterū
duodecimo relinquam ex eis viros paucos a gladio fame & pestilentia: vt
narrent omīa scelera eorū in gentib;. Vnde & non nullas Esaie & Ezechie-
lis prophetas in medium producendas ratus sum: e quibus omniū man-
bus certitudo ingeretur.

Caput septimum de primo Esaie propheta
 testimonio:quo probant christianæ rei
 publicæ incomoda:sub forma vi
 nœ quæ cum bonos fructus
 ferre debebat labruscas
 protulit.



VOMETERNA MISERICORDIA INCIDIT PER
 sermonem Esaie prophete in hanc sententiã: vinea facta est
 dilecto meo in cornu: filio olei: & sepiuit eam: & lapides ele
 git ex ea: & plantauit vineam electam: edificauiq; turrim
 in eius medio: & torcular extruxit in ea: & expectauit vt fa
 ceret uas: & fecit labruscas. ppter ea: auferam sepem eius
 & erit in direptionem. diruam maceriem eius & erit in con
 culcationem: & ponam eam desertam. non putabitur. & non fodietur. &
 ascendent super eam vepres & spine. & nubibus mandabo ne pluant sup
 eam imbrem. Nunquid ecclesiam chisticolarum sub hoc mistico verbo

rum tenore explicare voluit: quæ per christum verbo: doctrina: & opere & exemplo erecta est. in cornu: quod est scdm fideliũ interpretum piam opinionem: in altitudine sapientiæ & diuini consilij. filio olei: in gratiæ misericordiæ & scientiæ fecunditate. sepiuit eam quoq; angelorum custodia: patriarcharum & prophetarũ testimonij vallo. martyrum constantiæ solideq; confessorum fidei macerie. elegit & ex ea sanctorũ patrum Gregorij: Hieronymi: Ambrosij: Augustini & aliorum ingenij cratibus lapides: malos et peruersos hereticos. inde edificauit in eius medio turrim euãgelice legis & apostolicæ doctrinæ: cui nulla tyrannorũ seuitia: nulla bestiarum atrocitas: nulla infidelitatis machina: nec minarũ vel tormentorum truculentia vim vnquã asferre potuit. coercuit inquã semp sacrilegas manus ab om̃ibus bonorum operum fructibus: qui consueuerunt in vinea domini crescere. extruxit insuper in ea sacramentorum torcular: quibus omnĩũ fertilium operum succi: peccatorũ fœcibus in infidelium cordium dolijs relictis: exprimi solent. expectauit autẽ salutiferas vt produceret hec vinea vuas: diuini amoris: humilitatis: castitatis: sobrietatis: & omnĩũ aliarum ingeniarum virtutum: at ædidit labruscas teterrima scelera: horribilesq; idolatrias: quibus vniuersa christiana respublica infecta est. Idcirco furore dominus correptus amouebit sepem cœlestis custodiæ: vt sit in direptionem: demonibus qui vniuersas mentes nostras (euulsis diuini sermonis segetibus) & errorum & seductionum decipulis capiant atq; inde confundant. diruet maceriem omnis propheticæ munitionis atq; fidei roboris: vt sit in conculcationẽ & domesticor; hostium insidijs: & exterorũ insultibus. erit deserta. haud putabitur diuinarum predicationũ falcibus: conticescet enim uero predicatorum auctoritas. ludicum quoq; obmutescet seueritas. nec fodietur debite obedientiæ ligonibus: & sic ascendent super eam vepres & spine scelerum fraudum fallaciarum & omnĩũ turpitudinum: & propter eiusce flagitiorum spurcitiã: tribulationes cruciatus & anxietates. mandabit & nubibus ne reddant super eam imbrem diuine inspirationis spiritus sancti: sanctorumq; angelorum salutiferas suggestiones. ne quicquã gratiæ omnino de cœlo defluat: nec pœnitentię nec cõtritionis lachryme. oculos nostros irrigent. sed cuncta sterilecant in cecitatis obstinatiæ & summe obdurationis ariditate.

¶ Caput octauum de scdo Ezechielis prophetæ testimonio: quo declarantur ecclesiæ discrimina propter horribiles idolatrias: quas sub forma templi salomonis preuidit.



QUINQUEMODI AVTEM FRUCTVS SCILICET
 labruscas spinas & vepres : vinea domini iam pridem pro-
 ducere consueuerit. Ezechiel propheta clarissime indicare
 videtur : cū sub forma templi salomonis quadruplicē ido-
 latriam describere solet : qua quadruplices christianorum
 status perditissime iam cotaminati existunt. Equidem octa-
 uo capite suorum vaticiniorū hunc in modum exclamare
 incipiēs : ego sedebam in domo mea & senes iuda coram me : & cecidit ibi
 manus domini super me & apprehendit me cincto capitis mei : & eleua-
 uit me spiritus inter coelum & terram : & adduxit me in Hierusalem in vi-
 sione dei : & vidi iuxta ostium interi⁹ quod respiciebat ad aquilonē : fuitq;
 fm interpretes atrium immundorū idolum coeli. deinde in porta aquilon-
 nari scilicet atrij mundorum : abhominatiōes maiores vniuersa idola do-
 mus israel depicta in pariete : & septuaginta viros seniores stantes ante
 picturas : & thurificantes ipsis idolis. tum in porta atrij sacerdotū : abufio-
 nes multo abhominabiliōres : mulieres sedentes & plangētes adonidem.
 postremo in atrio sacerdotum : detestabilissimas abhominatiōes : viros

adorantes solem orientem. attingit primo idolatriam secularium & popularium qui manuū opere & sudore victum queritant. sedo. cōtaminatio- nes patriciorum: senatorum: iudicum: presidum: censorum: nobilium: principum & regum. tercio scelera cleri & primo spiritualium minorum: qui sunt acoliti: subdiaconi: diaconi: presbyteri simplices. quarto abusio- nes prelatorum: abbatum & pontificum. Primi siquidem qui duris labo- ribus consueverunt sibi vitæ necessaria conquirere: die noctuq; crapule dedit Baal bachum & cererem deos colunt: quibus etiā amplissima tem- pla: hoc est domus quasdam publicas ad potandum & deuorandū sin- gulis in locis constituunt. deinde aras in eis erigentes id est focos ad con- quēdas lautas epulas: mactant oues & boues vt sacrificēt hymnosq; gau- dij & leticiæ scilicet æterni dei blasphemias: & mutua cōiucia: iurgia: con- tumelias & obtreccationes decantent. illorum sacrificium atrocibus cre- bro seditionibus: homicidijs: fraticidijs & parricidijs terminari cōsuevit. Secundi qui honoribus fortunis & auctoritate ijs antecellunt: nō solum adorant idolum Baal deuoratoris cererem & bachū: sed innumeros deos & deas: vxores pulchrytudine insignes: liberos: venaticos canes: comptos equos: accipitres: ceruos: preciosam suppellectilem: thesauros: laudum ti- tulos & triumphos: quinimo qui senectutis & reuerentiæ signa in frontibus gerunt: seq; sapientes nominari sinunt: non verentur adorare reges & principes: omnes expromunt adolationū: susurrationum delationū frau- dum & fallaciarum blandicias: quo talium fauorem potius quā dei gra- tiam sibi cōciliant. Tercij sunt ecclesiastici minores: qui tanquā oclōse mu- lieres: quæ Adonidē procum Veneris propter coitus defectiōne plangūt: totos dies totasq; noctes ea in sollicitudine absumunt: vt p̄tapum vitæ sue magistrum mollibus cibi & potus illecebris: concubinarū osculis & amplexibus: Veneris quoq; vnguentis confoueat & alant: quo virium in robore diu perdurare: atq; hoc modo suam pestiferā voluptatē scedo virginum stupro: matronarū adulterio: incestu & sacrilegio explere pos- sit. cunq; cupidinē pro deo vero et æterno sedulo excolere solent id agūt: vt nunquā ab eius vel ministerio vel sacrificio conquiescant. Quid pro- crimē est nobis incōtinentius & impudentius: infantium per immortalē deum pudicitia: vix est tuta a nostra libidine. Vltimi vero prelati: abbates et pontifices dorsum contra templum vertētes: adorant solem orientem: omes equidem cogitationum: curarum: & laborum neruos eo tendunt: vt temporalium rerum caduco fluxuq; puluere (religiōe cultuq; diuino longe post habitis) impleantur. Quocirca seuerus vltor scelerum deus: indignanter exclamat: non parceret oculus meus: nec miserebor: & cū cla- mauerint ad aures meas voce magna: non exaudiam eos. & si vniuersosq; rector orationes nostras nō capeffet: quādiu tandē putatis nauigiū eccle- siæ: incolume inter periculorum syrtes perduraturum sit.

Caput nonum de tercio ezechielis prophetæ
 testimonio : quo exhibentur pœne & af-
 flictiones vtriusq; status ecclesiasti-
 corum & secularium: sub for-
 ma duarũ sororum tur-
 piter fornicatium: &
 imprimis laicorũ.



SEDET PROPHEA. PAVLOPOST PRORVMPIT
 in alias horribiles abominaciones: in omnia sane mortalia
 crimina : quibus prohdolor vterq; status ecclesiasticorũ et
 secularium misere comaculatus existit. anuehit & calamita-
 tes quas propter eiuscemodi contaminaciones passuri sint:
 cum hunc in modũ intonat. due mulieres filie vnius matris
 fuerunt: & fornicate sunt in ægipto : ibi subacta sunt vbera
 earum. et fracte sunt mame pubertatis earum: nomina autẽ earum oolla
 maior: & ooliba soror eius minor: fornicata est igitur oolla: & insaniuit in
 amatores suos: assirios vestutos hiacincto: principes & magistratus: iuue-

nes cupidinis & vniuersos equites atq; ascensores æquos: & immundicijs
corum polluta est. in super fornicationes suas quas habuit in ægypto non
reliquit. propterea tradidi eam in manus amatorum suorum: in manus
filiorum assur: super quorum insanuit libidine: ipsi discoperuerunt igno
miniã eius: filios & filias suas tulerunt: & ipsam occiderunt gladio. Quid
terius patres huius sermonis nitore inueniri potest: quid hac sententiã ve
rius: quid certius et dilucidius: heu dolor heu crimẽ: ambe inquã sorores:
vterq; status christianæ reipublicæ: is qui dei ministerio dedicat⁹ est sacer
dotalis: et qui per hunc diuine gratie reconciliari et consecrari debet se
cularis: turpiter fornicantur in ægypto: hoc est in tenebris peruerse consci
entiæ prauæq; voluntatis obscuritate: transgrediuntur cunctipotentis sal
uatoris nostri precepta: & a via veritatis et iusticiæ recedunt. subiguntur
& ibi eorum vbera: id est innocentia animorum: & puritas corporum ab
iniquis sensuum monstris brutalibusq; carnis cupiditatibus opprimunt,
franguntur quoq; eorum mãne pubertatis. igniculi pudiciæ: honesta
tis: probitatis & omniũ virtutum extinguuntur ab impetuosis animi mo
tuum procellis & torrentibus. tamen oolla maior soror: hoc est seculares
appellationem sortiti a numero qui in his copiosior multo est quã in spiri
tualibus: insanit in assirios vestitos hiacincto: in superbie filios hiacincti
nis & schmaragdinis ornamentis fulgentes: in presumptionẽ: ambitionẽ:
iactantiã: ingratiudinẽ: adulationẽ: derisionem: pertinaciã: infidelitatem:
inobedienciã: erubescentiã boni: & omnẽ iniusticiã: quibus sceleribus
ita cupide ardentemq; indulgent: vt prope minimarũ etiam virtutũ memo
riam obmittere videantur. insanunt & in principes & magistratus: in ca
pitales infandasq; delictos: spurcitiã: delicta in spiritũ sanctum. et in iuue
nes cupidinis in vtrunq; sexũ indifferenter. inq; vniuersos æquites & ascen
sores æquorũ: in omnes libidinis species: molliciem: incoestum: sacrilegiũ:
stuprum: adulterium: quæ quidem flagitia gradatim in summũ sordium
aceruum excrescunt: nec etate minuuntur nec status: honoris vel dignita
tis conditione: in senibus æque ac adolescentulis viris & sceminis semp vi
gentia. adeo vt hoc nostro tempore: a summo vsq; ad infimum: ab infanti
vsq; ad maximũ natu: omnia sint summi immundicijs polluta. Quãobrem
tradent in manus amatorũ suorũ: in enumeratorũ scelerũ alluue oibus
filijs & filiabus suis: operibus & operũ fructibus: misere quantũ ad aĩam
et corpus peribunt. nisi volueritis capessere sensum litteralem: vt seculares
fornicentur in ægypto cum assirijs: iuuenib⁹ cupidinis: principibus & ma
gistratibus: & vniuersis equitibus: eiuscemodi gentium morum: rituum:
consuetudinũ: idolatriæ: colloquiorũ: victus: amictus foederum: amicitia
rum & omniũ negotiationũ comertia (ceu id ipsum apud christicolos fre
quentissimum esse solet) sibi vendicent: earũ etiam manibus discerpi de
beant & tamdiu affligi: donec omnia flagitia in propatulum exposita suffi
cienti pcena expiata fuerint. potẽs inquã est deus suscitare gentem aliquã
in vltimis orbis terre regionibus: & in has nostras oras diffundere: in nos
tram vt iniquitatem animaduertant: eandemq; prorsus eradicent.

Caput decimum de quarto Ezechielis
 prophete testimonio : quo enume-
 rantur calamitates spiritualiu:
 sub forma sororis minoris.



DER SOROREM VERO MINOREM: DOMINVS
 inuit statum ecclesiasticorū cum inquit: quod cum vidisset
 eius soror ooliba: plus quā illa insaniuit libidine: detestabi-
 lora videlicet perpetrādo scelera: quā seculares. Nam pre-
 ter fornicationem cum egyptijs & assirijs: ducibus & ma-
 gistratibus: vniuersisq; æquorū ascensoribus: vidit depictas
 in pariete imagines chaldeorū: quod est auarorum homi-
 num simulachra: oēm speciem auri & argenti: formā vsure simonie: men-
 datiorum: fallaciārū periurij sacrilegijq; & oīs iniusticiæ: quibus scelerū
 illecebris pecunie & thesaurorū sordes exigi solent. vidit & similitudinem
 filiorum babilonis: hoc est figmenta oppressionū & confusionū sanctissi-
 me veritatis: cause viduarū et orphanorū vt satietur tēporalibus sordibus:
 super quos filios insaniuit concupiscentia oculorū suorum: concipiendo

delectationem in istis scelerum studijs: cum aut̄ venerunt tales virtutum
hostes ad cubile māmārū eius: scilicet ad conceptacula intellectualis vir-
tutis & ad consensus locum: polluerunt eam stupris id est post assensum
cœpit & actus ipsos exercere. Quare omnipotes vindicta infert pœnā sub
hoc verborum tenore. Ecce ooliba suscitabo om̄es amatores tuos hoc est
omnes iniquitates tuas contra te: quæ nāsū & aures tuas precident: au-
ferent omnem vim rationis & intellectus: & quæ remanserint gladio con-
cident: remouebunt & omnē exteriorum sensuum vigorem: vt quo te ex
istis afflictionum angustijs diuertere debeas nec facile intelligere aut sen-
tire possis: tam in animo quā in corpore cruciatus excipias. & denudabūt
te vestimentis tuis: priuabunt te omni virtutū & bonorum operum habi-
tu. & tollent vasa glorie tue: virtutum & bonorū operum merita: atq; inde
meritorū premia æternam fœlicitatem. & sic reuelabitur ignominia tua
rum fornicationum: quia in via in perfidia & iniquitate sororis tue scilicet
secularium ambulasti. calicem tribulationum & anxietatum sororis tue
bibes profundum & latum. & eris in derisum & sublannationem: homi-
nibus & demonibus: & vbera tua lacerabis: dolore & mœrore cor tuum
& cōscientiam discindens: quia oblita es mei & proiecisti me post corpus
tuum: inherendo solis temporaliū secum curis: & solitudinibus: pro-
pter easdemq; omnē scelerum turpitudinē (vt dictum est) perpetrando.
An non patres: nos gens sancta populus acquisitionis solemus aliquan-
do sanctitatem nostram in profundam perditionis paludem demergere:
& sacram vnctionem nostram vilissimo precio vendere. deniq; corpus &
animam demonibus loco pignoris subijcere: plura vt sacerdotia pluresq;
thesauros possidere valeant. si vero volueritis sensum litteralem capeffe-
re: vt clerus chaldeorum & babiloniorū infectetur vitæ turpitudinem: eo-
rumq; sculptilium deorum cultum: minime christi professionem. certius
nihil futurum est: quā vt aliquando harum gentiū spurcitia in intima vsq;
ecclesiæ viscera penetret: cleroq; nāsū & oculos et aures p̄cidat: ac etiam
denudet eum om̄ibus vestimentis: censibus & redditibus: auctoritate &
potentia. tollat quoq; vasa gloriæ eius: aurea & argentea ornamenta: ca-
lices: & om̄ia sacrorū conceptacula. mare siquidem mediterraneū extat: p̄
quod omnis infidelitatis perfidia: quocunq; temporis momento domino
permittente in has nostras oras penetrare potest. quinimo. si longinquis
ex terrere regionibus huc non perreperit presto est eius propago heretici
videlicet: q; prope in vmbilico ecclesiæ resident. sunt et satrape in conspectu
nostro qui quottidie aliquid plumarū ecclesijs euellere solent: propensius
vsq; elaborare: vt a maiorib; pie religioseq; extructa templa: amplissimis
exornata & sacerdotijs: & exagerata stipendijs redditibus & censibus po-
pulent: quā vel ea debito in statu conseruēt vel diuitijs acumulent: deus
inquā optimus maximus exorandus est: horum vt tyrannorū nefandum
aulum: nostramq; ignominiam dedecus & obprobrium sempiternū in-
tercipere velit,

Caput vndecimū de quinto Ezechielis pphate testimonio:
 quo patefiunt generalis status christianæ reipublicæ abu-
 siones: eiusq; calamitates: sub forma mulieris pau-
 perime nate: & à magno viro educate: atq;
 tandem etiam matrimonialiter despon-
 sate: quæ tñ omnium ingrata benefi-
 cioꝝ exponit se oim adulterio.



VAMQVAM HEE PROPHETIE SINT ITA CLA-
 re & perspicue: vt a mediocriter etiã litterato et vulgari intel-
 lectu predito teneri queant. tamen sequens ezechielis vati-
 ciniũ ecclesie statũ ita dilucide explicat: tum quantũ ad eiꝝ
 e iusticiæ tranſite excessum: tum etiam calamitates: quas eã
 ob causam excipere debet: vt nec pueri etiã intelligentiã
 & sensum fugiat. inquit enim hierusalem tibi dixi viue: dixi
 in quã tibi in sanguine tuo viues: scilicet quãdo primo te erexi per doctrinã:
 & saluifera exempla & passionẽ meã: te viuificaui: æternisq; delicijs conse-
 cravi. & cũ tyrannorũ es seueriã vario tormentoꝝ: necisq; genere discerpta:

haud permisi te in tribulationibus tuis deficere: multiplicatā quāsi germē
agri dedi tē: & multiplicata es & grandis effecta. quādo videlicet Costan-
tinus magnus exaggerauit te ingentibus atq; magnificis regnoꝝ & prin-
cipatuū ditionibus. peruenisti ad mundū muliebre: instar puelle crescen-
tis ad tempus perfectionis & cōnubij. vbera tua intumuerūt scilicet aucto-
ritas & potentia tua creuerunt. & pilus tuus germinauit: obediētia & re-
uerentia. eras nuda & confusione plena: destituta omī subsidio: inops &
exul: omībusq; referta tyrannorū & persecutorū ludibrijs odio & inuidia.
expandi amictum meū sup te: meā diuinā angelicā & humanā protectio-
nem. & operui ignominia tuā per istam gratiā. & iuravi tibi. & ingressus
sum pactum tecum: tradendo petro potestātē ligandi & soluendi in caelo
& in terra. Item alibi: si oblitus fuero tui hierusalem obliuioni detur dexte-
ra mea. laui te aqua scilicet baptismatis. & emūdavi sanguinē tuum ex te
originale peccatū. vnxi te oleo chris̄matis: & vestiui te discoloribus. calcia-
ui te hiacincto. & cinxi te bisso. & ornaui te ornamēto. & dedi armillas in
manibus tuis. & torquē circa collum tuum: & in aurē: coronā in capite.
& ornata es auro & argento: hoc est nihil existit de istis p̄ciosis rebus mū-
di relictum: quo non cōdecorauerim p̄tōfices & sacerdotes reges & prin-
cipes tuos: eorum prope omīa membra pecuhari exornata sunt in signi.
insuper simulā & mel & oleū comedisti: quod est quicquid in cibo & po-
tu decimis et oblationibus excellentissimum inueniri potest: id ipsum prin-
cipibus & sacerdotibus tuis pre omnibus concessum est. & decora es fa-
cta vehementer nimis. et profecisti in regnū: et egressum est nomen tuum
in gentes propter spectem tuam: quia perfecta eras in decore meo: quem
posueram super te. habēs autē fiduciam in pulchritudine tua: ad est in ful-
gore honoris tui et gloriā: atq; in splendore potentiae et auctoritatis: expo-
sisti fornicationē tuam omī transeunti: cum omībus legum dei peruer-
soribus: tam iudeis hereticis gentilibꝝ quā christianis: victus cōsuetudinē
et omnium negociationum cōmertia agitando. Et sumens de vestimentis
meis fecisti tibi excelsa inde confutata: de ecclesiarum redditibus et censibus
exerces ambitionis et insolentiae: pomparū et omniū mundanorū appara-
tuum stipendia. tulisti & vasa decoris tui: & fecisti tibi imagines masculi-
nas: altariū ornamenta: calices & reliquiarū cōceptacula: in stupri: adulte-
rii: sacrilegij: incestus: & illius infandi delicti quod fari non licet mercedē
collocas. & oleum meū & thimiama meū posuisti coram eis in odorē sua-
uitatis: id ip̄m quod in p̄torū expiationē offerri solet: olei panis carniū
pecunie & aromatū: id totū in luxurie spurciā absumis. Et post oēs ab-
hominatiōes tuas: non es recordata dierū adolescentie tue: qñ eras nuda
& cōfusione plena: cōculcata in sanguine tuo. Et fecisti tibi prostibulū in
cunctis plateis. ad omē caput vie edificasti signū prostitutionis tue. Vereor
p̄fecto vereor hāc eloq; veritatē: tot iā esse in vrbibꝝ p̄stibula: qd̄ fl̄. minū
ædes esse solēt. totq; cunabula deuotionē nostrā ab antelucana orationū
inuiuantia retrahentia: quod libri in domicilijs nostris innentiri possunt.
Quāobrem: cum ecclesia est tantis malorū sordibus foedata: in gert domū

nis poenam qua eam concussurus est: inquitens. Ego extendā manū meā
 super te: quod est diuinā vindictam. & auferā iustificationē tuam: vt nul-
 la sit in te iusticia: oīa cōfuses: fauoris blandimētis: spe munerū & pollicita-
 tionē gerant. neq; orphanorū; neq; viduarū cause & calamitates iudicum
 corda discindant. Et dabo te in aīas odientū te: audi meretrix verbū: nu-
 dabo ignominā tuā: & videbunt omēs turpitudinē tuā. dabo te in manū
 effudentū sanguinē. destruēt lupanar tuū. & denudabūt te vestimentis
 tuis. & auferēt vasa decoris tui & derelinquēt te nudā: plenāq; cōfusione.
 & lapidabūt te lapidibꝰ. & trucidabūt te gladijs suis. & cōburent domus
 tuas igni: & desines fornicari. plures alias pphetias in mediū afferre pos-
 sem tñ si illas obstinacia reiecerit: & alias quoq; dānabit. Vnde finē stude-
 bo appellare: ne prolixitas sermonis mei temporibꝰ vestris tediū ingerat.

¶ Caput duodecimū de enumeratarū calamitatū rerūq;
 oīm conclusionē: cum adiectione quorundā articu-
 lorum concordantium astronomicā certitudi-
 nem cum theologica veritate: liberantiūq;
 autoris dicta ab erroris decipulis.





DVARE COLENDISSIMI PATRES CVM SE FAM
manifesta signa caeli et terre: dei & nature nuncios: tam clara
mutationis mundi indicia: tamq; efficaces humane & diu
ne prescientiae testes in mediū ingerere solent. quinimo ple
raq; incomodorum infausta initia & tempus & christianā
republicam iam pridem preoccupare cœperūt. clamitan
tibus prope omnibus imperij statibus: vniuersisq; christia
ne reipublice conditionibus conquerētib; de aduersae fortune telis. Eui
gilate vt crebrius exhortatus sum: e tarditatis somno: in celeritatis lucem:
tamq; vestre quā subiectorū vestrorum saluti pro virili vestra consulite.
eiusmodi malorum discriminibus hoc modo occurrentes. imprimis ex
truite e bone prouidentiae: pacis & cōcordiae: mutuatorum & consiliorū &
subsidiarum trabibus aliqua robusta propugnacula. deinde e subiecto
rū obedientia atq; promptitudine obsequendi: quas quidē fidelis admo
nitio seu instructio solerter adhibita facile cōciliare poterit: nōnullas belli
cas machinas efficite. tum vniuerso clero & populo: qui summe deuotio
nis: & diuine charitatis lorica: sacri dei timoris galea: scuto sancte spei: for
titudinis feminalibus: tibialibusq; vere fidelitatis: mucronibus sancte cru
cis: cereis & facibus poenitentiae contritionis & confessionis armati esse de
bebunt: in ordines & gradus (ceu in exercitu fieri solet) digestis. procedi
te in campum recōciliationis diuine clementiae: bellūq; orationū & deuo
tissimarū ad deum supplicationū per vosmetipsos frequēate: omnia sceler
rū monstra: quae predictas calamitatū tempestates in nos cōcitare vident:
videlicet: malos ritus: mōres et consuetudines: stupra: adulteria: incoestus
furta: sacrilegia: homicidia: priuatam vilitatem: vsuram & versuram: lan
ceis noue reformationis & omnū rerū in melius institutionis passim cō
ficientes. postremo post deuictos delictorū hostes: omnes sacerdotū & po
puli turmas: munite salutaribus perseverantiae assidueq; exercitationis bo
norū operum presidij;: tum nedum imperium: sed vniuersa christianā
respublica omnū malorum turbinibus erepta: altioribus & spiritualium
et temporalium dotium fastigijs sublimabitur.

¶ At si fortasse alij forent scrupulosi sacrarū insectatores litteras: obscu
riq; rerum tum naturalū & cœlestiū: tum humanarū interpretes: qui hūc
meum sermonē prorsus vellent vicio dare: pertinaciterq; hoc pacto cōten
dere: quomodo ecclesia nullam omnino cum astris habeat cōuenientiam:
sicut nec liberum hominis arbitriū a fatis dependere possit: contra ratio
nem contraq; sanctos: patrum opiniones & decreta: hoc ipsum foret asse
rere. Hij non prius prosequant verba & pbationes meas iniqua interpre
tatione: aut obprobrio aut ludibrio: quā subsequentes articulos sedulo
voluerint & reuoluerint. in his nempe perspicue offendent: in quibus ec
clesia vel christiana respublica: similiter liberum hominis arbitrium: cum
stellarum influxu & fatis congruere solent & in quibus non.

Articulus primus.

C Sanctam dei ecclesiam generaliter: vel etiã quantũ ad priuatas fidelium congregationes: in his que sunt fidei & religionis: astrorum influxui: indeq; corruptibili mutationi (ceu pleriq; astrologie professores: cunctas sectas & leges: christi aternã legem: haudquaquã excipiendo: stellarum norme atq; inde lubricæ defectiõni s̄m motuum cœlestium mutationem perperam subegerunt) subijcere: nedum est erraneum: & ab ecclesiastica veritate alienum: sed ab astronomica quoq; certitudine remotissimũ: absurdum: et abhominabile: quippe quod nature vires excedit: sublimi miraculosaq; dei virtute dirigitur gubernatur & conseruatur: nequid aliquam cum stellis habere conuenientiam.

Articulus secundus.

C Rursum ex astris quippiam futuri affirmare: quod fatali necessitate & certitudinaliter omnino & infallibiliter euenire debeat: quodq; diuine prophetiæ astronomicis inquisitionibus magnarum coniunctionum significationes applicando: corroborari possint: nedum est dei om̄ipotentie detraxere: sed nature vim afferre.

Articulus tertius.

C Sedet si quispiam garriret: liberum hominis arbitriũ factorum cõstringi cathenis: stellarũq; influxu ad malum bonum ve: officiorũ etiam ministeria compelli atq; necessitari: ceu qui sub libra nascantur nũmulari sint futuri: sub signo piscium piscatores: hic nõ solum diuine & humane legis solueret maiestatem: sed totam nature infringeret ordinem: ac etiam cœli et inferni claustra effringens: deũ creature subijceret imperio. quæ amœtia: a claro rationis humane lumine tam remota existit: quã cœlum stellatũ a terra distare solet. Vnde cum pleriq; falsi bestialesq; cœlestium disciplinarũ interpretes: ac potius nature p̄uersores & corruptores: eiuscemodi infandos errores in libros effudissent: non solum catholici doctores diuus Augustinus: Gregorius: & alij: sed et veri religiosiq; astronomie periti: eadem deliramenta: om̄ibus reperculserunt contradictionum: reprehensionũ: reiectionũ & dãnationũ malleis. Gregorio dicente absit a cordib; fidelium vt fatum aliquid esse dicãt. a libi Ptolomeo sapiens dominat̄ astris.

Articulus quartus.

C At pie religiosq; affirmare: ecclesiam dei in his que naturam contingunt: humanasq; cõsultatiões mores & actus: quantũ ad rerum temporarium augmentũ vel decrescẽtiam: cœlestibus dispositionibus & inclinationibus: non simpliciter quidem necessarijs & sufficientibus: sed remotis

& cōtingentibus subiacere: non est erraneum: nec diuine veritati: nec ap-
 probatorum astronomorū assertionibus contrarium: quinimo clarum
 et perspicuum. Quoniāquidē cōtrahentibus corporibus humanis (velu-
 ti nullum in eis offenditur tam minutū membrum: quod non e cœlo ali-
 quem influxus vigorem capessere soleat) a cœlesti aliqua vel occulta vel
 manifesta virtute: tm̄ ignee & sicce qualitatē: vt inde anime ex carnis cōta-
 gione aliquibus rancoris animi: odij: inuidie: inimicitiarū: seditionū & bel-
 lorum facibus accendantur: vincentēq; sensualitate: rationis & religionis
 propugnacula haud fuerint obiecta: ex eiusmodi motibus priuati fide-
 lium cœtus regna & principatus: atq; inde tota ecclesia cōturbari potest:
 tribulationum quoq; magnitudine: & in cultu diuino: & in temporalib⁹
 fastigijs sumopere cōminui.

Articulus quintus.

¶ Eodē modo cauta assertione contendere: astrorū ex constellationi-
 bus pleraq; futura precognosci remote & contingenter: quinimo quedā
 certitudinaliter & infallibiliter: vtputa quæ ex causā determinata & infal-
 libili scaturire solent: ea sunt planetarū congressus: luminarium eclipses
 et similia: que circa motum cœlestium corporum considerari queunt: nō
 solum est primam causam debito afficere cultu: sed scđam sua & potētia
 & maiestate exaggerare.

Articulus sextus.

¶ Sic simpliciter fateri: q; cōstellationes astrorū: ea q̄ sunt fm̄ inferiorē na-
 turā ad varios effectus: et in hominibus ad varios mōres: ad ambitionem
 & insolentiam: odium & inuidiam: auaritiā: luxum: torporem animi &
 corporis: stupra: adulteria: incoestus: molliciē: furta: sacrilegia & homici-
 dia: rursus probitatem: honestatē: sobrietatem: temperantiā: castitatem
 atq; alias virtutes: ad externarū etiam & fortuitarū rerum: honorū: digni-
 tatum & diuitiarū: rursus inopie: paupertatis miseriarū & erumnarum
 accessum: disponant & inclinent: scđam eandem dispositionem inclinatio-
 nemq; cōtingentem & remotā. Si quoq; brutales homines per virtutes cō-
 trarijs inclinationibus non restiterint: proni istas malas inclinationes inse-
 quantur: atq; inde hee ipse dispositiones a perito astronomo: astronomi-
 ca calculatione complecti possint: nec est catholicis doctoribus: nec qui-
 busuis alijs sapientibus repugnare: sed ambiguitatum impedimenta: tam
 e theologica quā astronomica certitudine remouere.

Articulus septimus.

¶ Deniq; si quispiam reuerenter intulerit: naturam tanquā pedissequam
 suum dominum & creatorem insequentē: eidem & fideliter ministrantē:

mirificis dei operibus in multis concurrere: atque eius diuine omnipotentie per cœli & astrorum virtutem cooperari: vtpote in plerisque stupēdis prodigijs: virtutem naturalem cum æterni fabricatoris manu concurrere certumimus. signa etiam naturalia plerasque omnipotentis operationes supernaturales præcurrere & præsignare: haudquaquam aberrat a theologica veritate.

CPlures possem in mediū articulos proferre: nam centum viginti extant qui tercio mutationis mundi libro: ita equidem tres libri: qui incude adhuc pendunt: inscripti sunt: complectuntur. At quoniā hij septem articulis omnes & difficultatum & ambiguitatum nodos dissolunt. Cæteros ab hoc loco in eundem librum transtuli. nihil aliud reliquum est: quā lectores sedulo obtester. meam piā mentis intentionē & admonitionem: humano & benigno iudicio: æqua iustaque interpretatione prosequi velint. non ilico perlecto titulo: nomineque meo cognito: in cachinum ludibrii & reprehensionis stimulos (ceui plerique solēt maleuoli obtrectatores) prorūpere. Si etenim scabre lucubrations mee non redolent aristotelicam aut platoniam: virgilianam aut ciceronianam sapientiæ: eloquentiæ: verborum & sententiarum fragrantiam. nec madent fluido mathematicæ cœlestisque scientiæ liquore. nec quidem theologica impregnate grauitate satis translucent. adijciant obsecro aliquid de suo: quo vel errores euellant: vel defectus adimpleantur: hocque modo salus miserorū non negligatur. nisi forte nō nullos picture affixerint. quorum sermo esse posset: viro graui & sacerdoti indignum omnino esse & ludibriosum: his leuibibus & puerilibus oblectamentis indulgere. his facile respondebo. cum omnia bonarū artium studia ad tantū contemptū redacta sunt: quod ne ante pedes quidem iacentes clerici: luxu auaricia & crapula prepediti tollerent: quid quæ longa pertractos serie sermones lectitare deberent. opere precium est: scripturarū tenor: pieturæ formis & figuris exprimat: quibus occupatus animus nō tam diu quē admodū in legēdo fieri solet defatigetur. Et si lectio vel tedio vel negligentia pretermittā: parum fructus attulerit: picture a periculis conferuent.

Impressum Nurnberge per me Georgiū
Stuchs ciuem Nurnbergen. An
no. M.D. viij. Septimo kalen
das Nouembris.



Österreichische Nationalbibliothek



+Z155850305

Digitized by Google

